in ·10· libros ethicor aristotelis in qua de virtute ac eius specieb licet succincte : adeo tamen fecunde differit : ut totam ferme quam aristoteles decem libris digessit materiam complectatur nec accidit in ea quod plerumque in nimis succincte congestis libellis solet breuitatem scilicet obscuritatem ac difficultatem parere talis enim est adhibitus ordo ut penitus expers sit confusionis : procedit enim quibusdam elementis ac preceptis questiones que circa unamquamque virtutum cognoscere dignum est sciscitant / elementa vero principia sunt seu communes animi conceptiones quibus proposite questiones dissoluunt precepta sunt tanquam leges ac beate vite quedam regule ~~quas cum~~ a quibus ~~q virtutes iam didicerit vt apprensa utatur obseruatio~~ re et ne transuerso quidem ~~pugne abeis~~ proximum decedere oportet. In ordine autem differendorum primo semper diuidit postmodum diffinit ultimo tria illa que iam Recitauimus exequitur vniuersalia itidem primo et in suo genere pertractat / Secundo de qualibet specie seu virtute in particulari inquit : docet : atque monet 35 adiunctis quibusdam innumeris libros ethicorum ~~valde~~ aristotelis designationibus ad quos prefate introductiones dirigunt seu introducunt ~~174~~ 35 / ·174·

Hoc tamen fecundum decem predicamentorum ordinem ut primo formentur ille que substantiam respiciunt. Deinde que quantitatem postea que ad aliquid et ita de ceteris predicamentis

Vidi

Judocus clithoueus in Jacobi fabri stapulensis preceptoris sui introductionem ethicorum : fecundissima ac perinde erudita edidit comentaria in quibus preter textus luculentam admodum explanationem hoc in primis communi studiosorum plausu dignum effecit quod exempla passim ex historicis desumpta ubi opportunum videbatur interiecerit ut ad virtutem inducendi animi efficatius eis permouerent. Et quod poetarum locos per quosque varios aggregauerit quibus morum institutiones acrescere vel eo constat liquidissime quod plurimi eorum ymo singuli licet vnus alio rectius morum olim habiti sunt magistri nec ista solum vir curiosus effecit sed ex propria officina tot ~~immeras~~ pene probandas in via morum sententias interseruit ut eis de ... ~~interseruit : quibus segregatis morum alter volumine confici posset~~ etiam de per se scriptis ... satis diffusius ex crescit vnum redactis ex partis volumen iustum explere valeant ·175·

Vidi

Jacobus faber stapulensis arithmeticam iordani nemorarii demonstrationibus per figuras ~~mathematicas~~ arithmeticas dispositis illustrauit : qua in re nouellis ~~geometrie~~ arithmetice tironibus non minimam laborum partem immo totam difficultatem subleuauit / librum enim qui antea tenellos non solum ~~verum ad hoc~~ et satis instructos in mathematicis animos absterrebat adeo sua lucubratione clarum effecit : ut non modo peritis aliquiter in ea scientia : verum Jeiunis omnino facillimus nunc pateat accessus ad altiora queque Radicitus penetrando / adiecit et ~~dign.~~ notitias dignitates item et petitiones seu propones que non demonstrant sed propter certitudinem quam in se ipsis habent ~~presupponunt~~ ab arithmeticis tanquam note. ~~Et petiones quasi sibi presupponunt sunt enim propones arithmetice tanquam principiales quas iutor oinserat quibus tam Jordani ppones quam ipsius fabri demostraciones intellectu sese faciliores ubique prestant~~ presupponuntur obidque ab antea re ... esse credunt licet ... partim habeant ... titum ad ... Jord... propositiones ... quam ... fabri demostrationes per... eidas /